



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 74. Inauguratio Pii II. Pontificis Maximi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. LXXIV.

Sæcul. XV.
A.C. 1458.

*Inauguratio Pii II. Pontificis
Maximi.*

Interea Pius II. postquam Romæ die ter-
tia Septembris coronationis suæ insi-
gnia suscepit, omnes Christianos Principes
encyclicis literis de sua electione certio-
res fecit, eosque perdemisse adhortatus
est, ut pias pro ipso preces ad Deum funde-
rent. Eadem occasione epistolam die *Aeneas Sylv.*
quarta Mensis Decembris ad Academiam *ep. 384.*
Parisiensem dedit.

§. LXXV.

*Conventus Mantuæ a Papa indictus,
& Galliarum Rex de eo certior
factus.*

Ceterum Pontifex probe sciebat, quod
Turcarum potentia eo magis augere-
tur, quo plus Principum Christianorum pax
ac concordia decresceret, hinc omni co-
natu eos ad unionem revocare studuit;
cum vero paratum semper gereret ani-
mum ad recipienda quoque eorum confi-
lia, quorum opem pro fide orthodoxa ad-
versus infideles implorare deberet, hinc
Mantuæ, cum urbs esset situs opportunita-
te adeuntibus percommoda, conventum
indixit, omnesque Christianos Principes eo
N n 2 acce-